




MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA



LAINII MONUMENTA

LAINII MONUMENTA

EPISTOLAE ET ACTA

PATRIS JACOBI LAINII

SECUNDI PRAEPOSITI GENERALIS

SOCIETATIS JESU

EX AUTOGRAPHIS, ORIGINALIBUS, VEL REGESTIS

POTISSIMUM DEPROMPTA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

EDITA

TOMUS SEXTUS

1561-1563



MATRITI

TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO

via S. Bernardi, 92

1915

APPROBATIONES HUJUS OPERIS

NIHIL OBSTAT
P. Fridericus Cervós, S. J.
Cens. eccles.

IMPRIMI POTEST
P. Josephus Gálvez, S. J.
Praep. prov. toletan.

IMPRIMATUR
✠ Josephus Maria
Episc. matriten. compluten.

VOLUMINIS SEXTI PRAEFATIO

Quod in secundi voluminis seriei hujus praefatione, de monumentis in posterum edendis, pagina XIX promisimus, id jam ex parte in tertio, quarto et quinto, abunde nos praestitisse videmur, dum ea *Lainii monumenta* protulimus, quae de ejus in praepositum generalem electione, deque ipsiusmet in obeundo munere sollertia, argumenta non pauca suppeditant. Verum non id tantum est a nobis ibi promissum. Nam «qualis postea fuerit, dicebamus, quum in praepositum generalem electus, Societatem universam plena potestate gubernavit, aut etiam quo pacto se gesserit, sive in poissiaco in Gallia conventu, sive in tridentinae civitatis concilio, sequentia, Deo volente, docebunt volumina». Et de primo illo argumento, satis jam multa, de aliis vero nullum adhuc monumentum edidimus. En ergo sextum *Lainii monumentorum* volumen, cujus praestantia his potissimum argumentis commendatur. Non quod his solum constet, quum plurima contineat monumenta, quae exquisitam Lainii in gubernanda Societate diligentiam, sollicitudinem, prudentiam, sapientiamque testentur: quo in genere monumentorum illae praesertim epistolae dignae sunt commemoratione, quas, pro Borgia, pro Natali, pro collegio romano, pro Societate universa, ad Pium IV, ad Philippum II, ad hujus in Urbe oratorem, Lutetia Parisiorum scripsit (1607, 1608, 1609, 1614, 1615) [1]. Sed praecipua certe,

[1] Numeri, uncinis clausi epistolarum allegatarum numeros indicant.

voluminis hujus argumenta, illa esse videntur, quae ad conventum poissiacum et ad synodum tridentinam spectant: quo fit, ut inter praecipua hujus seriei volumina jure sit recensendum.

Et sane, nemo est profecto in ecclesiae catholicae historia mediocriter versatus, qui, saeculo sexto decimo jam dimidiato, hinc poissiacum in Gallia religionis conventum, illinc sacrum Tridenti concilium, inter varios illius aetatis, eosque gravioris momenti rerum eventus, non agnoverit. Utrique igitur quum adfuerit Lainius, ita se gessit, taliaque, Deo adjuvante, perfecit, ut Lainii nomen ab iis sejungi vix posse videatur. Neque enim is erat Lainius, qui supremi moderatoris tantum partes habuerit, aut qui saltem alias non ostenderit. Eximia doctrina quum esset praeditus, dicendi autem facultate rerumque peritia polleret maxima, singulari profecto Dei providentis ductu factum est, ut duplicem illam occasionem nancisceretur, conventus scilicet poissiaci ac synodi tridentinae, qua praeclaras illas animi dotes ostenderet, eumque se in difficillimis adjunctis praeberet, qualem acerrimum Christi ecclesiae et doctrinae catholicae propugnatorem esse decebat.

De his ergo in primis, aliqua pro more nostro delibabimus; de aliis etiam quae singularem mentionem postulent, pauca dicemus.

I.—LAINII IN GALLIA GESTA

Grassante in Galliae regno calvinistarum haeresi, majoresque in dies faciente progressus, edictus est regia auctoritate conventus, «in quo... etiam de religione agendum ferebatur, vt inter veterem, hoc est, veram catholicorum, novamque, id est, vanam haereticorum Ecclesiam concordiae ineundae ratio quaereretur» [2]. Quod quum Pio IV pontifici maximo innotuisset, quumque jure sibi, experientia rerum germanarum edocto, timendum esset, ne quid detrimenti catholica doctrina ex novo ca-

---

[2] SACCHINUS, *Hist. Soc. Jesu,* p. II, l. V, n. 133; cui caeteri quum profani, tum ecclesiastici historiographi consonant.

tholicorum et haereticorum colloquio pateretur; clarissimum Ferrariae cardinalem, Hippolytum Estensem nomine, ad curiam Galliae regiam legare constituit. Apostolicus legatus, rei gravitatem probe noscens, socium sibi, probitate, prudentia, integritate et doctrina commendatum assignari cupiens, atque in Lainium oculos conjiciens, hunc sibi concedi, legationis socium, vel adjutorem potius, enixis precibus a Pio IV postulavit. Pontifex, licet invitus, propterea quod Lainii opera Romae crebro uteretur, atque ob hanc causam eum secum habere maluisset, nihilominus quod rogaverat, cardinali concessit. Verum haec, et ipsius itineris cursum, necnon ea quae ante suum ex Urbe discessum Lainius constituerat, ex parte jam in aliquibus superioris voluminis monumentis (1525, 1526, 1535, 1536, 1547, 1552, 1555, 1556, 1558, 1560) sunt relata. Integram vero descriptionem itineris, quando, quo pacto tandem, Lutetiam primo, deinde Stum. Germanum et Poissiacum cum sociis pervenerit, dabit hic epistola 1577.

Lutetiam nempe Parisiorum, decima septima Septembris die, quum prima Julii Roma excessisset, Stum. Germanum vero, ubi regalis curia tunc erat, decima nona pervenit (1577, 1580), quum bis jam ad Poissiacum, nona scilicet die et sexta decima, catholici cum haereticis convenissent. Praecipui tamen et celebriores, maximeque memorabiles coetus, vigesima quarta et vigesima sexta praefati mensis sunt habiti. Adfuit utrique Lainius, tametsi secundo tantum, coram regina regnique proceribus, sorbonicis doctoribus, ecclesiarum praesulibus non paucis, turba denique haereticorum multa, ad dicendum surrexerit. Praecipuorum astantium, maximeque oratorum nomina, tum etiam eorumdem argumenta orationum, breviter Polancus in epistola (1579) ad Salmeronem perstringit. Singularem tamen in ea Lainii mentionem facit, qui vehementem atque robustam, ad reginam potissimum, orationem convertit, novum argumentum novamque dicendi rationem adhibens, quae dum haereticis vehementer displicuit, magnum attulit catholicis solatium, novasque addidit vires quo «fidentius in posterum pro religionis sanctitate certarent». Quocirca legatus «ita eam [orationem] probavit, ut

vertendam gallice [dixerat enim italice] et vulgandam curaret» [3]. Proprium autem ejus et speciale fuit, quod dum coeteri oratores, alioquin doctrina et eloquentia praestantes, haereticorum errores impugnandos susceperant, Lainius, quum ipsos haereticos, tum istiusmodi religionis colloquia adoritur, tum denique reginam ipsam alloquitur, id potissimum magna animi fortitudine ac libertate, magnoque orationis robore demonstrare contendens: ab hujusmodi colloquiis, quin immo ab omni cum haereticis commercio, catholicis esse abstinendum. Quo quidem novo dicendi genere, atque insolita in loquendo libertate, dum Catharinae Mediceae agendi rationem cum haereticis suggillavit, id omnino est assequutus, ut nec ipsa videlicet regina ad hujusmodi cum haereticis colloquia posthac accederet, nec ulli jam publici coetus, catholicos inter et haereticos, amplius celebrarentur. «Tocó tres puntos [ait Polancus (1579), qui et ipse disceptationi aderat]. Vno fué mostrar los engaños que suelen vsar semejantes personas que se apartan de la yglesia, y la cautela que se debe tener en trattar con ellos, y el peligro que ay en ello. Otro fué aconsejar a la reyna que no oyese más esta gente, pues el juicio de los dogmas de la fe no tocaba a ella ni a ningún príncipe seglar, sino al sumo sacerdote, o al concilio... Y si todavía S. M. quisiese que se confiriese con ellos, que no se hallase ella presente ni aquellos señores seglares, sino que se deputasen personas doctas, y que se excusarían de la molestia de oyr tales disputaciones; que aunque lo primero sería lo mejor, lo 2.° sería menos inconueniente que si S. M. se hallase. La 3.ª parte fué refutar algunas de las cosas dichas por Fray Pedro Mártir, y Besa, y declarar la verdad de la presentia del cuerpo de X.° nuestro señor en la eucharistía, y acabó con vna comotión que en él y otros no era poca, exhortando a la reyna, y a todos, a la confessión clara desta fe cathólica, y no dissimular por respectos o temores humanos, diziendo que si temiese a Dios sobre todos otros temores, Dios le conseruaría el reyno temporal y le daría el eterno; y si hiziese lo contrario perdería el vno y el otro... Todo computado, pareze que han sido

---

[3] Sacchinus, loc. cit., n. 206; Prat, *Memoires*, pag. 444.

más abatidos los herejes esta vez que la otra precedente... También los doctores han seydo más animosos a hablar de la verdad cathólica (specialmente después que habló nuestro Padre), y los heréticos, aunque no se ayan rendido, hase podido ver más fácilmente que el otro día, cómo se conuençían.

«Si quiere V. R. saber cómo se tomó aquella libertad con que nuestro Padre habló, sepa que a los herejes desplugo mucho; que lo tengo por buena señal; a los doctores que estaban cerca de mí yo les veya quasi jubilar de que se dixesen aquellas verdades, que los buenos hombres por algunos respectos no osaban dezir; a la reyna entiendo que le escoçió vn poco; pero creo la ayudará, porque dizen que no se hallará más presente a las conferentias; quanto a la otra gente de los assistentes, lo que oyo es, que todo lo dicho les pareżió gran verdad, y las cosas muy conuenientemente dichas; pero algunos todavía sentían que fuese mucha la libertad, otros que fuese de Dios, y que así era menester. Dios N. S. se sirua de todo.»

Verum his non contentus triumphis, non otio indulgens, non parcens labori; plures, ad regni primates, instructiones, magna enim apud omnes valebat auctoritate (1628), qua verbo, qua scripto, tradidit. Ad haec, externorum collegia, necnon virorum monasteria invisere, alumnos et moderatores alloqui, publice in templis verba facere, tria potissimum ubique omnibus enixe commendans: ut et catholicam fidem palam profiteri non vererentur, et ab omni cum haereticis consuetudine abhorrerent, et precibus Deum ad hanc pestem avertendam frequenter exorarent (1625, 1626, 1628. 1643, 1648). Sed illud, prae ceteris, singulari mentione dignum, quod quum haeretici contenderent «ut templa sibi concederentur, quo convenire suae sectae gregi, vbi docere suaque tractare impune liceret sacra», indignitatem hanc tacitus ferre non valens, celebre commentarium, de templis haereticis non concedendis, ad reginam scripsit.

Videbat profecto Lainius, atque lugebat, haereticorum in dies percrebrescentem audaciam; qui, suo in catholicam religionem odio moti et excitati, multorum regni procerum patrocinio armati, atque incredibili et numquam satis lugenda ipsius regi-

nae indulgentia et lenitate allecti; plura continuo in patriam religionem moliebantur, id totis viribus obtinere cupientes, ut aequa sibi jura atque catholicis in toto regno haberentur. Et templa quidem haereticis negata sunt. Sed quum publice et privatim pro libertate, vel potius licentia, instare non desisterent, lamentabile tandem decretum, quod *tolerantiae* aut *pacificationis* appellari consuevit, decima septima Januarii obtinuere; quo quidem decreto omnia in posterum impiissima dogmata docere et evulgare licebat.

Atque dolebat haec sane, ut par erat, Lainius. Veruntamen illo maxime dolore cruciabatur, quod «quum sicut panem possent [haereticos] devorare» (1646), non tamen eos, ut fas erat atque decebat, principes coercerent, contra vero summa ac perniciosa lenitate tractarent (1609, 1612, 1615, 1626, 1646). «De nosotros, ad Salmeronem scribens ajebat (1609), lo que puedo dezir es que el trabajo es ver perder las ánimas, y parescer que se podría remediar, y ver que los que tienen las manos en la masa, por tener otros paresceres o voluntades, no se dan maña; que paresce clara señal de la yra del Señor.» Et ad Franciscum Vargas et Mejía, Philippi II oratorem in Urbe (1615): «De mí ni del Mtro. Polanco no digo nada, porque no ay qué, sino que del cuerpo estamos buenos, del ánimo afligidos de ver la pérdida de tantos millones de ánimas, sin poderla remediar los que quieren, ni querer los que pueden, sino con lenitivos; y el cáncer va tan adelante, que es burla pensar que basten palabras ni aun hierbas.»

Haec quum cerneret summus pontifex, de Lainio Tridentum ad concilium mittendo cogitaverat. Quapropter cardinalis perusinus ex commissione pontificia, in hunc modum, vigesima tertia Decembris ad Lainium Roma scribebat: «Parendomi che la P. V. per molte cause che ui sono, potesse fare hor' mai poco frutto in cotesto regno... mi resoluetti far' di ciò parola col nostre signore, et supplicarlo che li piacesse leuarla di là, facendola tornare a Roma, o andare al concilio, doue le paresse meglio. S. Stà., hauendola giudicata più utile al concilio, ha ordinato, come lei uedrá per lettera di monsignor mio, Illmo. Borromeo,

che si tranferischi a Trento, quanto prima, et si troue in quel concilio» (1624, 1648). Haec, ut diximus, vigesima tertia Decembris scribebantur. Ad calcem vero epistolae, Polanci manu sunt haec: «Dirli come dopoi ci hanno significato altra volontà del papa, et insino a tanto che passino queste dispute, [privatas intellige, quae cum haereticis adhuc habebantur disputationes], non si potrà partir', benchè di quelle spera poco frutto» (1624). Adde quod ipse Lainius, quamvis concilium magnopere expeteret et commendaret, potius mali daemonis dolos timere quam felicem eventum sperare videbatur, ut ipse Salmeroni scribebat (1626): «El misterio de nuestra yda al concilio temo que sea, que mueren allá por él como gavilán por rábanos, y así podrá ser piensen de dalle vna çancadilla, vt moris est: y ya que no se la den, creo que el demonio no se huelga mucho con quien corta derecho sin perdonar a los errores ni a los abusos, y antes se huelga con quien todo lo emplastra. Como quiera que sea, nuestro es rogar a nuestro Señor que mueva al papa a hazer lo que más conviene. Y quanto a mí, si nuestro Señor se dignara de abrir su mano, como a començado, pienso que por algún tiempo no estaría mal aquí, aunque vbiese concilio; y deseo sumamente ver aquí vn florido colegio de la Compañía con exerçicio, porque los colegios de acá van mucho en declinaçión, y esperaría que se vivificarían a imitación del nuestro, y creo que se haría más gente para la Compañía y más fruto en las almas que en tier[r]a del mundo con mucha ventaja.»

Ob has igitur causas, tum etiam quia Natalem ex Hispania redeuntem propediem adfuturum cognovisset (1622), iter statim arripere non potuit; donec omnibus jam curis et negotiis in Gallia expeditis, octava Junii, Tridentum ad concilium est Lutetia profectus. Diuturni descriptionem itineris; quam multa, dum collegia in itinere visitaret, recte instituerit; quantaque indubia aestimationis et benevolentiae signa obviis in urbibus sit expertus, pulcherrima Polanci dabit epistola, quam Tridento ad P. Franciscum Borgiam, vicarii officio fungentem, Romam scripsit (1662).

II.—LAINII IN CONCILIO GESTA

Tridentum, diu expectatus, et obviam etiam misso nuntio festinare jussus (1622), tertia decima tandem Augusti summa omnium gratulatione Lainius cum sociis ingrediebatur (1661, 1662, 1663). Praeiverant PP. Salmeron et Covillonius, theologus ille a romano pontifice missus, hic ab Alberto, Bavariae duce. Aderant quoque adjutores domestici duo. Paulus uni nomen erat, alteri Joannes Fernández (1672), cui de rebus tridentinis plura debentur scripta. «Il giorno seguente [i. e. postridie Lainii adventus diei, ait Fernández, (1672)] cominciò S. P. a uisitare questi Illmi. et Rmi. legati et prelati, che stanno qui in gran numero, li quali, come l' aspettauano con gran desiderio, così anche lo riceuetero molto benignamente... et ogni dì le uorria ogn'uno hauer seco, perchè è trauenuto tal giorno mandarlo a inuitar due et tre; et questa settimana passata non ha mangiato nessum giorno in casa, a mezo giorno però, perchè alla notte sempre cenano in casa.» Amoris et benevolentiae non vulgaris signa sunt haec. Verum, quod pluris est, quanti ejus sententia a Patribus in conuentu fieret, ex eo intelligi potest, quod episcopi saepe, antequam suam publice expromerent, eam ad Lainium deferrent consilium petituri; quae vero ipse prius e suggesto diceret, scripta deinde de manu in manum traderentur. Legati praeterea non modo ipsius operam, ad plurima quae se offerebant expedienda, adhibere consueverunt, verum etiam arduum de concipiendis decretis negotium deque doctrina pro more eisdem anteponenda, ipsi quandoque tradiderunt.

Verum juvabit haec omnia memorati Fernández verbis confirmare. «Li fu comesso li giorni adrieto insieme col vescouo de León en Spagna (che è uno delli più litterati del concilio) et altri, di far la dottrina et canoni sopra il sacramento ordinis, et dopo d' hauerla fatta, senza muttar niente di quel che nostro Padre ordinò, tutti li uescoui che erano stati deputati per farla insieme con nostro Padre, la portorno alli legati, li quali la uedono et togliono o agiongono quel che li pare; et dopo la dànno al se-

cretario del concilio, acciò la dia in publico a tutti. Et il giorno seguente, sapendo che si daua, mi mandò nostro Padre col originale a casa del secretario, acciò che togliesse, o uero agiongesse quello che hauessero tolto o agionto, et trouai in una sala più di 100 scriuendo detta dottrina (perchè ogni prelato o dottore manda lì suo scrittore), et trouai de uerbo ad uerbum, quanto nostro Padre haueua scritto, senza mutar nè toglierne in dottrina, nè in canoni uerbum ullum» (1692).

Satis, opinamur, haec pauca ostendunt quanti Lainius in concilio haberetur. Sunt tamen alia nonnulla, quae praetereunda non esse duximus, propterea quod, et virtutem ejus, doctrinam et eloquentiam vel maxime demonstrant. Accidit enim ut Lainio primum aulam concilii ingredienti, quum rituum magister, tum legati locum post aliorum quidem clericorum regularium ordinum, sed ante fratrum et monachorum praepositos assignarent. His vero rem aegre ferentibus, quod Lainium sibi praeponi viderent, legati pergebant nihilominus designatam Lainio sedem tribuere. At ille libenter se cessurum juri suo dixit, et postremam generalium sedem, ne quem offenderet, vehementer postulavit, dummodo tamen apud omnes constaret, Societatem Jesu, clericorum ordinem esse, non fratrum neque monachorum. Atque ex parte quidem ei quod petierat concessum est. Nam legati rem ita temperarunt, ut ipse extraordinario loco, in subselliis episcoporum, sederet, sententiam vero postremus generalium praepositorum diceret (1672). Quum vero adversus nihilominus rumor extra concilium manaret, atque in provincias divulgaretur, quasi Lainius se, praesulibus invitis, in locum sibi non debitum intrusisset, legati tunc perniciosam fabulam extinguendam rati, testimonium per quam honorificum de Lainii virtute publice ediderunt (1665, 1666, 1667, 1699). Quo factum est ut in majorem ipsius laudem prima illa contradictio cederet. Neque hoc solum. Quum enim ut modo diximus, postremus omnium Patrum sententiam diceret tanta claritate ac fidelitate singulorum sententias atque argumenta referebat, inutilia resecans, rejiciens falsa, vera confirmans, quin etiam nova, aut novum rei proponendae modum afferens, ut memoriae et ingenii, doctrinae et eloquentiae prodigium multis vi-

deretur. Quod vero ultimus post episcopos sederet, non minori ei laudi fuit. Placet haec Sacchini verbis referre, quae ex epistola Joannis Fernández ipse deprompsit. «In pomeridiano conuentu diei septimi ante Kalendas Septembris jussus est dicere: verum eo die, cum alii quidem verba fecissent, quo commodius ille, perque otium audiretur, in diem posterum dictione delata, totum matutini conuentus ad dicendum ei vni tempus attribuunt... Itaque postero die, quanta raro frequentia Concilium fit, nullus e cardinalibus legatis, nullus e principum oratoribus, nullus omnino ex episcopis aliisque praesulibus desideratus est. Lainius e loco sibi constituto dicere exorditur, sed cum paulo remotior ab legatis esset, hi, quo clarius exaudirent, ad se accersitum, apud se locant. Verum inde quam ab legatis commode, tam difficile ab imis episcoporum audiebatur: qui, cum aures ipsi quoque sitientes haberent, nec viam promptiorem vllam qua desiderium earum explerent, dispicerent, suis relictis sedibus accedere propius coeperunt. Jamque alii super alios, plurimi commouebant se, et magna subselliorum remotiorum pars vacua relinquebatur. Tunc demum legati afferri suggestum jubent, interque se et episcopos collocare, ex eoque fari Lainium... At ille conscenso suggesto, diuinoque afflante spiritu, ita sensim ingressus in causam est, tam clare facileque res abditissimas enucleare; nubes ex opinionum varietate auditarum obortas disjicere, resque quas ingenii humani acies vix consequitur, quasi ante oculos ponere coepit; vt, cum duas ipsas horas ac dimidiam perpetua oratione dixisset, honestissimus ille ex flore et apice gentis humanae consessus prope attonitus haeserit; omnes profiterentur et fauorem auditorum, et expectationem longo interuallo superatam» [1]. Haec Sacchinus ad verbum fere ex epistola Fernández desumpta. Quod si cui nimia exaggeratione dicta haec esse videantur, en quae Polancus non veritus dicere subjungit. «Dicono alcune persone graui tante cose in laude, che non staria bene a metterle in scripto.»

Alterum et tertium, quod et virtutem simul atque doctrinam

[1] Sacchinus, loc. cit., nn. 80-82.

ejus maxime extollit, illud profecto est, quod, non ita multo post tanta usus sit in dicendo apud concilii Patres libertate, ut nec principum favorem, neque amicorum benevolentiam vereretur amittere. Ferdinandus enim I, germanorum imperator, tum Bavariae princeps Albertus, nomine V, usum calicis popularibus suis permitti, sana procul dubio mente, a concilio enixe postulabant. Jam, Lainius id sentiens rei catholicae omnino perniciosum, acerrime contra disseruit. Et quamvis multum utrique principi Societas, cui praeerat ipse, deberet; nemo fortius, nemo vehementius rem concilio dissuassit, adeo ut sin minus uni, at Lainio certe vel maxime, negatio calicis tribueretur.

Neque huic dissimile fuit, quod in controversia accidit, paucis post diebus agitari coepta, quae novem integros menses concilii Patres, praecipue vero pontificis legatos, valde torsit. Cupiebant enim non pauci, sed praecipue hispani praesules, quorum caput granatensis archiepiscopus erat, cum primis Societati maximeque Lainio, veteri amicitia conjunctus, cupiebant, inquam, et vehementer expetebant, ut haec doctrina, his aliisve expressa verbis, a conventu Patrum definiretur: «jurisdictionis potestatem, directe et immediate a Christo, quemque in sua dioecesi episcopum accipere». Quae etiam Philippo II regi placere ferebatur. Quod, quum Lainius in pontificiae potestatis nocumentum cedere existimaret, non blanditiis aut benevolentiae amicorum parcens, non Philippi alienationem timens, sed unice conscientiae consulens; his omnibus, quotquot se opponebant, firmiter constanterque restitit. Sed quum saepius, hac de re, et privatim et publice disceptatum in concilio sit, nulla celebrior ea oratione fuit, quam Lainius vigesima Octobris ad concilium habuit, notissimis illis exorsus verbis «nec a pontifice se rubeum, nec viridem a Philippo galerum expectare». Si Pallavicino fides sit adhibenda «ista ejusdem oratio tantam famam acquisivit, quantam nulla fere ex aliis, quas Patres synodi audiverunt» [5]. Sarpi: «non fu, inquit, in questo concilio discorso più lodato e biasimato, secondo il diverso affetto degli udienti» [6]. Salmeron

[5] PALLAVICINUS, *Hist. conc. trid.*, l. XVIII, c. XV, n. 1.

[6] SARPI, *Istoria dil concilio di Trento*, l. VII, c. XX.

denique, vigesima quarta Novembris, ad P. Franciscum Borgiam Tridento Romam scribens: «Ya tendrá entendido el atolladero en que está el concilio, que pareçe que no sabe salir dél, ni atrás ni adelante. A sido vna mala materia donde algunos se an adelantado demasiado, y así la cosa está como Dios N. S. la remedie; pero solamente le diré, cómo, después que nuestro Padre general votó en esta materia, y dixo su pareçer, muchos que auían hablado primero muy áspero y rotto, se an ablandado y mirado más en lo que dizen. Otros se an del todo mudado de pareçer, y votado en esta 2.ª votación que se haze al presente, al reués» [7].

Quae quum ita essent, nihil mirum si, postquam diu multumque in utramque partem magno animorum aestu disputatum sit, id tandem Lainius obtinuerit, ut adversariorum doctrina minime a concilio definiretur [8]. Sed praestat jam, Lainii ipsius verbis rem totam illustrare et confirmare. Sic enim, Kalendis Januarii 1563, Araozio, intima animi sui pandens, candide loquebatur. «Acá, bendito nuestro Señor, estamos buenos o al menos razonables de salud: pero no han faltado ni faltan ocupationes, de su parte llenas de pesadumbre y fastidio, si no socorriese nuestro Señor, y en el consuelo que el hombre tiene de uer que es menester satisfacer a su consciencia; pero uese que esto no se puede hazer en este ruin mundo sin turbación que otros toman. Esto digo, porque luego como uine, sin procurar más lugar ni preceder a nadie, que V. R., escriuieron a Roma que yo quería preceder a los generales, de manera que fué menester que los legados hiciesen fe de lo contrario: y con esto y con las obras contrarias esto se quietó del todo. Después de esto se propuso si se auía de conceder el uso de la communión sub utraque specie en Alemaña; y porque fuí en la negatiua, ofendiéronse los de la opinión contraria, y escriuieron lo que no auía, a Alemaña, donde también se offendieron, pero también se satisfizo con la uerdad lo mejor que se pudo. Tras esto los más destos señores obispos spañoles, grandes señores y Pa-

---

[7] *Epist. P. Salmer.*, I, 508.
[8] Ibid., 667-684.

dres nuestros, propusieron que la iurisdición de los obispos es de jure diuino, y también fué menester que como supiesse, probasse lo contrario. Ydem que la tienen de la autoridad del papa, qui uocat eos in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Agora por remate tornano a instar, que se declare que la residencia es de iure diuino, y temo que auré de insistir en que no conuiene que se declare el sí ni no, sino en poner otros mejores remedios, para que de hecho se resida, por qualquier derecho se haga, y así antes de hacer paçes entraremos en otra refriega. Nuestro Señor metta su mano, que cierto, Padre, que desde que entendí estas cuestiones interminatas de iure diuino en Francia, temí que aunque estos señores tengan santa intención y zelo, el demonio no pretenda con este color dar occasión que se quite el concilio, que no se acaban de definir las cosas de la fe, que no se haga ninguna reformatión, antes se escandalize todo el mundo, o se haga algún scisma, que estén en este medio sin prouecho y con gran daño las ouejas y pastores; de manera que por ayudar en lo que podemos hemos escrito a Roma supplicando al papa que mire si conuendrá dar priesa que el concilio difina los dogmas de fide, y lo que se podrá de la reformatión, y remate el concilio. Y porque es necessariíssimo acabar la reformatión, si no se quiere dexar acabar lo poco que queda en pié, que S. S. con consejo de los príncipes llamasse algunos pocos obispos de todas nationes, buenos y doctos y práticos, y que con ellos acabe la reformatión de ueras, porque con tanta uariedad de pareceres y uoluntades, tengo moralmente por quasi imposible que aquí se haga cosa perfecta, antes tengo los males dichos.

Esto todo he querido dezir, Padre, porque uea el estado de las cosas de acá, y lo que nos ocurre para que con mucho cuydado lo encomiende, y haga encomendar a nuestro Señor, y si en algo por otra uía pudiere ayudar, ayude. El Señor a todos ayude y dé gracia de hazer su santíssima uoluntad» (1751).

III.—DE ALIIS SPECIALI MENTIONE DIGNIS

Praeter ea, quae de Lainio ipso sunt dicta, quaeque ipsi sunt maxime propria, commemoranda venit in primis celebris P. Christophori Rodericii ad coptorum patriarcham missio, ut dissidentium illorum cum ecclesia romana conjunctionem perficiendam curaret, juxta ipsius patriarchae alexandrini, ut videbatur, desiderium ac voluntatem. Hic enim nuntium ad romanum pontificem miserat, qui, et obedientiam suo nomine praestaret, et virum prudentem simul ac doctum exquireret, a quo coptorum gens de vera romanae ecclesiae doctrina edoceretur. Ad hanc ergo missionem fuit a Pio IV P. Rodericius electus, qui, secunda Julii 1561 Roma profectus [9], Alexandriam quarta Novembris, Cairum tandem vigesima sexta, cum sociis pervenit (1621). Iam vero, quantum Rodericius apud coptos adlaboraverit, quanta pertulerit, ut digne provinciam sibi demandatam expleret, quam denique infelicem exitum missio illa postremum habuerit, fuse Societatis historiagraphi pertractant. Omnia tamen ex ipsius Rodericii epistolis desumunt, quarum uberrimam ac pretiosam supellectilem praesenti volumine contentam reperies (1584, 1603, 1604, 1621, 1633, 1634, 1641, 1644, 1654, 1660, 1686, 1732, 1750).

Eodem simul tempore, pontifex idem Pius alteram P. Nicolao Gaudano, majoribus obnoxiam periculis, ad Mariam Stuartam, Scotiae reginam, legationem commiserat; ut eam videlicet reginam, haereticis undique septam, omnique fere humano auxilio destitutam, pontificio nomine solaretur, et in avita fide firmaret. Quamvis vero quae ad hanc legationem pertinent, non omnia sint hoc inclusa volumine, quaedam tamen proferimus, nulli scitu non grata, legationis autem cognoscendae studioso necessaria (1626, 1627 bis, 1651, 1652, 1657, 1694, 1764).

De rebus in Gallia, valde hac aetate religionis causa turbatis, quum plura huc et illuc inveniantur sparsa, ea maxime commen-

---

[9] *Lainii Monum.*, V, 582-583, 589.

data volumus, quae de P. Augerio, clarissimo concionatore, in ipsiusmet praesertim epistolis ad Lainium datis reperies (1647, 1655, 1662, 1744). Huc referenda sunt, et magnum Societatis collegium, quod Lutetiae Parisiorum Lainius jamdiu meditabatur (1626, 1646), et ejusdem Societatis a conventu poissiaco primum, deinde etiam a senatu tandem admissio (1580, 1628, 1648, 1649), tum denique P. Paschasii Broëti obitus, e novem P. Ignatii sociis, atque hoc tempore provinciae Galliae praepositi; qui cum aliis simul e Societate alumnis, pestifera lue Lutetiae correpti, praesentis vitae aerumnas cum immortalis vitae gaudiis commutarunt (1683).

Singulari demum mentione dignam quoque arbitramur, epistolam merito celebrem P. Joannis Ramirii, eximii Dei verbi in Hispania praeconis (1659), quum ob rei gravitatem, quam Lainio, utpote supremo Societatis moderatori, denuntiat, tum ob hujus opportunum sane responsum, ac prudentissimo sapientissimoque praesule dignissimum. Timebat nempe Ramirius, ac jure se timere dicebat, ne Societatis operarii bene multi nimis benigne in concionando et in sacro poenitentiae tribunali se gererent, peccatisque nobilium ac magistratuum quodammodo conniventes, potius eorum favorem et gratiam sibi conciliare, quam eorumdem vitiorum emendationem procurare studerent. Iam, quam opportune Lainius, quam prudenter atque sapienter responderit, nemo non clare videbit, qui binas ejus epistolas legerit, quas sub nn. 1614, 1749 edidimus.

En igitur, lector benevole, de quibus te praemonere volebamus.

RECENSIO CODICUM

EX QUIBUS MONUMENTA IN HOC VOLUMINE EDITA DEPROMUNTUR

CODICES JAM PRIDEM A NOBIS ADHIBITI ET DESCRIPTI

Ex prima serie *Monumentorum S. Ignatii.*

Ex *Epist. P. Hieronymi Nadal.*

Ex *Epist. P. Salmeronis.*

Ex *Bobadillae Monumentis.*

Ex *Fabri Monumentis.*

Ex *Lainii Monumentis.*

Germ. 142.—Vol. III . . . . pag. XIII
Germ. 143.—Vol. V . . . . pag. XIV
Gall. 79.—Vol. III . . . . pag. XIII
Lus. 61.—Vol. V . . . . pag. XIV
Sard. 13.—Vol. IV . . . . pag. XIV
Epist. externorum 10.—Vol. V. . . . . pag. XIV

CODICES A NOBIS JAM PRIDEM ADHIBITI

SED NOVA NUNC NOTATIONE SIGNATI

Gall. 80 (prius *Gall. Epist. II 1562-1564*). Descriptus in *Epist. P. Hieronymi Nadal.* vol. I. . . . . Codex 30
Germ. 144 (prius *Germ. Epist. 1562-1563*). . . . . . Ibid. Codex 29
Hispan. 99 (prius *Epist. Hispan. 1562)* . . . . Ibid. Codex 28
Hispan. 100 (prius *Epist. Hispan. 1563)*.. . . . . . . Ibid. Codex 28
Epist. NN. 36 (prius *Epist. Variar. prov. I, 1562-1563)*. Descriptus in *Bobadillae Monumentis.* . . . . pag. 686
Epist. NN. 37 (prius *Epist. Variar. prov. II, 1563)*. . . Ibid.

CODICES NUNC PRIMUM ADHIBITI

a) *Epist. NN. 86* (prius *Docum. antiq. 1546-95* etc.)
b) *Initia* S. J.

DIFFICILIORES AUT FREQUENTIORES NOTAE

EARUMQUE INTERPRETATIO

B.=Beatus.
buo. me.=buona memoria.
c.=caput.
C. V.=Caritas vestra.
Chro.=Christo.
Ciac.-Oldoin.=Ciaconius-Oldoinus.
Cod. diversor.=Codex diversorum.
col =columna.
D.=Doctor, Dominus, Don.
decr.=decreto.
Dno.=Domino.
Epp. NN.=Epistolae Nostrorum.
Ill.re=Ilustre.
Jo., Joh =Giovanni, Joannes.
l.=liber.
M. M.° M.ro Mtro.=Maestro.
M.e=Maestre, Maître.
Mons.=Monsignor.
n.=numerus.
Non. Sept.=Nonas Septembris.
O. P.=Ordo praedicatorum.
O. S. B.=Ordo Sancti Benedicti.
Ob.mo=Observandissimo.
p.=parte.
P. M.=Pontifex Maximus.
Ptà.=Paternità.
PP.=Papa.
r.=recto.
R. N.=Redemptor noster.
Rda.=Recibida.
Rta.=Ricevuta.
rhe.=rhenana.
S.=San, Sanctus.
S. A. SS. AA.=Su Alteza, Sus Altezas.
S. C. M.=Sacra Cesarea Maestà.
S. C. R. M. = Sacra Católica Real Majestad.
S. D. M.=Sua divina Maestà.
S. P.=Salutem plurimam.
S. R. E.=Sancta romana ecclesia.
Sard.=Sardinia.
ser. 1.a=series prima.
Set.e=Setiembre.
△ ▽.=Scudi.
v.=verso.
V. M.=Vuestra Majestad.
V. m., V. md.=Vuestra merced.
V. mds., VV. mm.=Vuestras mercedes.
V. P.=Vestra Paternitas.
X.i Xpi.=Christi.
X.° Xpo.=Christo.
Xna.=Christiana.
X.°fero, Xpoforo.=Christophoro.
Xpóbal.=Cristóbal.
7.bre.=mense Septembri.
9.bre.=mense Novembri.
X.bre.=mense Decembri.

PATRIS JACOBI LAINII EPISTOLAE ET ACTA

1561

PATRI HIERONYMO DOMENECCO

FERRARIA I AUGUSTI 1561 [1].

Lainius omnino jam febri caret.—Domeneccum in Hispaniam redire oportet.—Quisnam in ejus locum substituendus videatur.—Philosophiae cursus Messanae non instituendus.

Jhus. Pax Xpi. etc. Aunque scriuirá de Roma el P. Dr. Madrid [2] en respuesta de las que V. R. ha scripto a nuestro Padre, no dexaré de dezir en esta cómo ya por la diuina gracia dicho nuestro Padre está libre de las calenturas continuas que ha tenido, y presto seguiremos nuestro uiage con la mesma.

De España scriue el P. Cordeses [3], quán necessaria es en Valentia la yda de V. R. para lo que toca al collegio y a la herma na [4], que está según los médicos para uiuir poco y sin hijo ninguno. También el P. Mtro. Nadal desea mucho y pide a V. R. para una de aquellas prouincias de España [5], y finalmente nuestro Padre se ha determinado que V. R. uaya, passados estos calores, a España, y que comienze por lo de Valencia; y así V. R.

[1] Ex regestis *Epist. Ital. 1560-1562,* fol. 198.

[2] P. Christophorus Madridius, vicarii generalis Romae substitutus.

[3] P. Antonius Cordeses, provinciae Aragoniae praepositus.

[4] Angelica Domenecca, de qua non semel in superioribus epistolis.

[5] *Epist. P. Nadal,* I, 467, 470, 502, etc.

lo haga por tierra, o si ua por mar, con quan bueno y seguro pasage podrá.

De poner alguno en su lugar, será necessario y occorría uno de dos: o el P. D. Paulo [6] que se hiziese prouincial y se proueyese de un rector para Palermo, como sería el P. D. Elpidio [7], o el P. Carlo [8], o algún otro, o si no fuese el P. Don Paulo, que fuese el P. Ribadeneyra, que es al presente prouincial de Toscana, y tiene muy buenas partes para tal officio, si la salud le siruiese en Sicilia; y a esto 2.° se inclina más nuestro Padre hasta aquí; si otra cosa occurriesse a V. R., podrá dar auiso.

Del embiar un maestro para el curso en Sicilia, ya se auía hecho determinación, pero hállanse dificultades de parte de los auditores; porque si pone V. R. pocos, es desanimar a ellos y al maestro; si pone muchos y buenos, es despojar otros collegios de los suiectos necessarios, y también el curso de Roma debaxo de Mtro. Benedicto [9], que es excelente lector, se debilitaría faltándole los que de allá se han de embiar y grauarse hía [a] el collegio de Mesina que está adeudado y grauado de gente, con tener tanta más; y así se podría pensar que sería más conueniente differir para el año que uiene el curso, y este año descargarse de los subiectos que allá deuían studiar, embiándolos a Roma, y entretanto plazerá a Dios que se aya el abadía, y tanto con más facilidad se podrá mantener el curso en Messina.

Todauía yrá por allá Mtro. Pedro de Ribadeneyra, y se uerá si también él siente el differir o el comenzar este año el curso, y en caso que se comenzase, no yrá allá Mtro. Benedicto, ni el Mtro. Carlo Faraón, que no estaría bien en Messina, sino un español docto en artes y theología que está señalado para ello. No diré más en esta, sino que todos los que uamos a Francia [10] con

---

[a] ya *ms.*

---

[6] P. Paulus Achilles, rector collegii panormitani. Vide *Lainii Monum.*, V, 653.

[7] P. Elpidius Ugolettus.

[8] Carolus Pharao.

[9] P. Benedictus Perera. Ibid , 634, annot. 8.

[10] Cf. ibid, 608, annot. 2.

los de aquí de Ferrara nos encomendamos mucho en las orationes y sacrificios de V. R. y de todos los de esse collegio. De Ferrara primero de Agosto de 1561.

Inscriptio. Sicilia. Prouincial. Del P. Polanco.

1562

PATRI CHRISTOPHORO MADRIDIO

FERRARIA I AUGUSTI 1561 [1].

De litteris Lainii acceptis accurate ipse informari cupit.—De hujus valetudine.—De parisinis episcopi claromontani aedibus, a nostratibus adeundis.—De cardinalis legati litteris pro collegio senensi et tiburtino.—De canonico de Canaria.—De P. Domenecci in Hispaniam itinere.—Prosperus sodalis aptus censetur ad rhetoricae docendae munus.—De sociis collegii moguntini.—De Cosma sodali.—De quodam adversus Societatem in Hispania rumore.—De sacerdotio, quod Hieronymi de Vivero fratres Societati tradere meditantur.—De Matthaeo de Dueñas.—De principum litteris pro collegio romano quaerendis.—De collegio garciazensi.—De granis precatoriis.—De domina Fattora.

✠ Jhs. Molto Rdo. in X.º Padre. Pax X.ⁱ Hieri riceuemo quelle de V. R. de 26 del passato, et altre sottoscritte del P. Baptista [2] il dì medessimo, et dicono hauer riceuute le nostre de Bologna, doue perhò si è scritto due volte: et sarà bene si scriua per l' auenire di qual data sono le nostre che si riceuono, acciò si possa ripetere ciò che mancha. Non si dice anche se si hebbero certe lettere per il P. Cordeses [3], nè l' instruction per V. R. et il P. Salmeron [4], che si lasciò in Siena sottoscritta de nostro Padre, nè altre nostre de Fiorenza, doue mandai la memoria delle vie de hauer denari per la prouisione del collegio. Si è scritto anche diuerse volte de Ferrara: de tutto aspettamo auiso.

Per l' vltime auisai come l' vna terzana haueua lasciato nostro Padre, dopoi lo lasciò l' altra, et sta libero de fiebre, Dio lodato, supra spem medicorum, che temeuano infirmità longa.

---

[1] Ex Polanci autographo in codice *Epist. Polanci, Lainez et Borgiae,* 2 ff., n. 29, prius 293, 294.

[2] P. Joannes Bta. Ribera.

[3] P. Antonius Cordeses Aragoniae praepositus provincialis.

[4] P. Alphonsus Salmeron, generalis vicarius a Lainio designatus.

Domani si purgerà per assicurar la sanità con vn poco de mana et de reubarbaro, et s' attenderà alla conualescenza. Il cardinale [5] si partirà, come dicono, alli 4 o 5 del presente, et pur noi ci fermaremo più per insin' a tanto che stia forte nostro Padre, in modo che penso faremo qui la festa de S. Lorenzo, et dopoi lo seguitaremo, et forsa lo giongeremo a Pauia o Milano. Hor quanto alle lettere vltimamente riceuute, ci è stato grato intendere ciò che ci auisa V. R. del P. Pelletario [6]: et perchè tardaremo in viagio, et non so se potrà nostro Padre andar a Billon (benchè si sforzerà d' andar almeno a Tornon) non saria stato male, se ce fossino cose d' importanza de quel regno o collegi nostri, auisar nostro Padre. Ci rallegramo del comandamento fatto per il parlamento de Parigi a quelli de Billon, et della bona mente del cardinale Saluiati [7] d' aiutarci et confirmar la casa, etc. Per li defuncti si vserà l' officio della charità. Dio nostro signor li tenga nel suo santo regno.

Si è parlato al cardinale delle lettere per ottener consenso de Mtro. Paulo Guinucci per la casa de S. Giglio de Siena et per la comunità de Tybuli sopra l' aqua, et spero con questa mandar' dette lettere, che così ci è stato promesso: et all' hora V. R. scriuerà al rector de Tybuli ciò che li parerà in risposta della sua che hauemo visto. Delli 200 ▽ si potrà trattar vn' altra volta.

Se il signor canonigo de Canaria verrà a casa, o s' incontrarà con alcuno de nostri, se li potrà dir che s' è fatto l' officio con Gerardino, secretario del cardinale de Ferrara, sopra il protonotariato del amico, et rispose che non si poteua espedir secondo il parer de monsignor Contarello, perchè era necessario che presente lo hauessi domandato quel amico, et fora de Roma. So anche (per hauermi trouato in signatura) che altri protonotariati sono passati, alli quali tutti si aggiungeua «preter exemptionem ab ordinario», et pur so che molti cercano il protonotariato per la essemptione principalmente. Del altro negotio del signor canonico

[5] Hippolytus II Estensis, ferrariensis cardinalis, Pii IV ad Galliae regem legatus, cui socium Lainium pontifex adjunxerat.

[6] P. Joannes Pelletarius.

[7] Bernardus Salviati, cardinalis, episcopus claromontanus.

si riserua nostro Padre a trattarlo per se istesso col cardinale, et informaremoci prima se può giouar niente, et dopoi si risponderà a sue lettere: in questo mezo le besamos las manos.

Al P. Mtro. Hieronimo Domenech penso scriuere con questa, y sento il medesimo che V. R.: che saria bene non cominciar' questo anno il corso, benchè non ho domandato nouo parer a nostro Padre, per sua indispositione. De Mtro. Pietro Regio non pare tempo de mandarlo.

De Prospero de Padua ho pensato secondo le bone noue che dà[n]no della bona gratia, et doctrina, et barba, etc., che potria legere la classe della rhetorica in Roma: et pare il medessimo al Padre prouinciale Mtro. Benedetto [8]; et Mtro. Michaele bastarebbe per Padua in suo loco. Pensi V. R. sopra ciò.

Ho mandato la lista del collegio de Maguntia, et delli designati per il corso, benchè dubito non sia l' vltima, et de molti si può dubitare: quando s' ha a mandar gente, sarebbe il douer che si mandassi anche il viatico de Moguntia.

A Cosmo ho scritto l' altro dì. V. R. li potrà dir in risposta de l' vltima sua, che ho adesso riceuuta, che l' andata sua rimette nostro Padre al prouincial de Toscana [9] per informar, et a V. R. per la resolutione vltima; et quando si resoluessi de mandarlo, vederà il compagno che li deue dar, se sarà il P. Angelo o altro.

Quanto alle lettere de España, poca risposta si ricerca alli raguagli riceuuti, et poco ci spauentano quelli rumori della corte, che dice il Padre prouincial de Castilla [10].

Quanto a lo que scriue el P. Santa ✠ que los hermanos de don Hierónimo de Viuero quieren dar todavía el beneficio de Pliego para la Compañía y collegio de Oñate, holgaríamos mucho que así lo hiziesen, aunque reseruasen los fructos por su

---

[8] P. Benedictus Palmius, praepositus provinciae Longobardiae.

[9] P. Petrus Ribadeneira. De Cosma Philiarcho, vide paulo post, epist. 1565, annot. 10.

[10] P. Antonius Araozius. Litteras quibus alluditur non vidimus. Sermonem vero existimamus esse de veteri jam aulicorum regis offensione, eo quod, et pecunia a nostratibus ex Hispania educi diceretur, et P. Franciscus Borgia ex Hispania quoque aufugisset. Ad rem cf. *Epist. P. Nadal,* I, 539, 540, 545-549, etc.

vida. Pero no ay que trattar de los poderes, que ya espiró el valor dellos con la muerte del possessor del beneficio, y si los quieren para ver la intentión del señor don Hierónimo, verán que no es para vnir al collegio de Oñate, sino de Alcalá; y así lo dizen 3 poderes que yo dexé sobre la tabla del scrittorio grande de mi cámara, que son vniformes. Si aora los hermanos quisiesen vnir el beneficio al collegio de Oñate, adonde al principio pareze se inclinaua el señor don Hierónimo (a lo que yo entendí), sería bien acertado, a lo que me pareze, porque no faltarán amigos que den sus beneficios para Alcalá, y para Oñate no creo harían lo mesmo; y tanto más es de proueer, que quando alguna ocasión se vey no se dexe passar. Y así se podrá responder, o ynbiar este capítulo en respuesta al P. Santa ✠, o al P. Dr. Araoz.

Sobre Matheo de Dueñas [11], nuestro Padre en lugar de respuesta se remitió al P. Nadal. Será bien que le hable, quando por allí passare, el Padre rector [12] de allí.

Sobre las letras para el emperador [13] y nuncio Delfino [14] en fauor de nuestro collegio, conuiene no se pierda tiempo, y así en los otros despachos que tocan a la Compañía.

De lo que toca a los 1500 ducados, se scriuió de Bologna [15]. Al señor Çárate [16] es bien que se satisfaga por letras, y podrá ser que de acá también se haga: y de palabra y obra satisfará el P. M.° Nadal, conforme a lo que se le ha cometido: y es bien que sea informado cómo con el pie del altar dize se pueden mantener allí 50 personas.

Holgamos de ver el viuae vocis oraculo con las gracias de las auemarías [17]. Si la señora Factora [18] scriuiese pidiendo vna coro-

---

11 Cf. ibid., I, 465.

12 Rector nempe collegii methymnensis, P. Joannes Paulus Álvarez. Cf. VALDIVIA, *Collegios*, cap. V, § 4. Infra, epist. 1565, annot. 21. Quo vero melius res intelligatur videndus est *Sanctus Franciscus Borgia*, III, 492.

13 Ferdinandus I Austriacus.

14 Zacharias Delphinus, apostolicus in Germania nuntius.

15 Vide *Lainii Monum.*, V, 618-619, 620-621.

16 Petrus de Zárate, de quo videantur hic *Epist. P. Nadal*, I, 483, 500.

17 De hac re vide supra, *Lainii Monum.*, V, 643, annot. 10.

18 Ibid., 641, annot. 4.

na o dos, se ynbíen, que las dispensa bien, y mereze que la consolemos, por la mucha charidad que nos vsa: que vltra de dar quanto tiene, da su persona con seruicios continuos (que han hecho buena obra a nuestro Padre en su enfermedad) y con procurar que otros ayuden.

Queda encomendarnos mucho en las oraciones y sacrificios de V. R., del P. M.° Strada, y P. Mtro. Miona, y P. don Fadrique [19], con los Padres rectores [20] y todos los demás. De Ferrara primero de Agosto 1551 [*sic*]. Va medio en italiano y medio en spañol. Patiencia.

De V. R. sieruo en X.°, per comisión de nuestro Padre prepósito,

† Joân de Polanco. †

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.° Padre, il P. Dr. Madrid, soprastante della casa et collegio della Compagnia de Jesus, in Roma.

Alia manu. 1561. Primo d' Agosto. R.ta a 7 detto.

Sigilli vestigium.

1563

PATRI CHRISTOPHORO MADRIDIO

FERRARIA 1 AUGUSTI 1561 [1].

P. Ribadeneira in locum Domenecci, provinciae siculae praepositi, sufficiendus.—Utrum philosophiae cursus Messanae instituendus, necne.

† Jhs. Post scripta [2]. Después de la otra scritta he hablado a nuestro Padre sobre el nueuo curso de Sicilia [3], y el successor del P. Mtro. Hierónimo Doménech en aquella prouincia: y todo considerado, le ha parezido quanto al successor, que sea el

---

[19] PP. Franciscus Strada, Emmanuel Miona et Fridericus Manrique.

[20] Utriusque nempe collegii, romani et germanici, quorum primo P. Sebastianus Romaeus, alteri P. Laurentius Magius praepositus erat.

[1] Ex autographo Polanci in codice *Epist. Polanci, Lainez et Borgiae*, 1 fol., n. 30, prius 295.

[2] Vide praecedentem epistolam.

[3] De hac re in epist. 1561.

P. Ribadeneyra, si su salud no lo estorbase; porque la prouincia de Toscana, con hauerla él visitado, y tanbién nuestro Padre en buena parte, por aora no abrá menester nueua visitatión; y para lo que fuese necessaria, pareze que bastaría el P. Oliuerio [4], ynbiándole algún buen subiecto que ayudase en Loreto o en Macerata: y por cartas desde Roma se puede gouernar fácilmente esa prouincia. Si no pudiese yr el P. Ribadeneyra por respecto de su salud, en tal caso el P. don Paulo de Achiles [5] le pareze debría ser successor en la prouincia, y en Palermo se podría poner por rector algún otro, como sería don Elpidio [6] o Mtro. Carlo Pharaón, o algún otro que se ynbiase de Roma, si le vbiese al propósito.

Quanto al curso [7], V. R. verá lo que se scriue al P. Doménech: y a nuestro Padre pareze que yendo allá el P. Ribadeneyra, se esté a su juicio, si se debe ynbiar el maestro, y comenzarse el curso o no por este año, sino differirse para el que viene. Con esto no diré otro, sino que pareze V. R. deba scriuir al P. Ribadeneyra, quan presto se pudiere, el parezer de nuestro Padre: porque vbiendo de yr, quanto más presto fuere allá, tanto mejor será, por concluyr las cosas del curso. No digo nada del yr los que van, y venir los que vienen, por vía segura, porque creo se tendrá dello cuydado. De nueuo nos encomendamos todos en las oraciones de V. R. De Ferrara primero de Agosto 1561.

Por comissión de nuestro Padre prepósito,

† JOÁN DE POLANCO. †

La que va para el P. Salmerón podrá V. R. ver y inbiársela.

Inscriptio. Postcripta. Per il P. Dr. Madrid.

---

[4] P. Oliverius Manareus, rector collegii lauretani.

[5] Epist. 1561.

[6] P. Elpidius Ugolettus. Ibid.

[7] Cf. ibid.

1564

PATRI CHRISTOPHORO MADRIDIO

FERRARIA 2 AUGUSTI 1561 [1].

Opus «De arte poetica» P. Viperani opera confectum, Lainio probatur, fitque Viperano potestas, ut illud typis excusum evulgare possit.

† Jhs. Un libro de arte poetica ha scritto M.° Jo. Antonio Viperano, et nostro Padre l' ha fatto veder al P. Hanibale [2], et li pare bono et degno d' esser estanpato per vtilità delli nostri et forastieri. V. R. lo facia veder anchora di là, et se parerà il medessimo, si può far stampar. Per adesso M.° Jo. Antonio hauerà da far in recopiarlo per qualche mese, dopoi lo manderà. 2 de Agosto 1561.

De comissione de nostro Padre preposito,

† JOANE DE POLANCO. †

De nouo ci dicono de palazo del cardinale, che ci mandarano le lettere per M. Paulo [3] et la comunità de Tybuli; ma non so se le aspettarà questo plico.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.° Padre, il P. Dr. Madrid, soprastante dela casa et collegio della Compagnia de Jesù, in Roma.

Al porte quatro baiochi.

Sigilli vestigium.

